

Georg Mandersen

**Coelum Pictum Hoc est Circumcisa siderum ferè omnium, Caeli luminosa quibus exornantur vivis quasi coloribus picta culmina, enumeratio metrica, Lepidas quae Poëtarum fabellas adaperiens politioribus Musarum filiis Hoc est Illis, qui, studiis ut suis ornatum addant non contemnendum, ne tacitae quidem nocti parcunt, quin sub eâ flores legant Coeli venustissimos, non invitè communicatur â Georgio Manderßen/ Warna-Megalopyrgensi, & Scholae Ancl. h. r. Con-Rectore**

Rostochii: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729951030>

Druck Freier  Zugang



Manderssen, Georg

*Coelium pictum*

Rostochii 1676.

C. 9

70.

(7) 13  
=



# COELUM PICTUM

*Hoc est*

**Circumcisa siderum fe-  
rè omnium, Cæli luminosa qvi-  
bus exornantur vivis quasi coloribus  
picta culmina, enumeratio  
metrica,**


*Lepidas quæ Poëtarum fabellas adaperiens  
politioribus Musarum filiis*

*Hoc est*

Illis, qui, studiis ut suis ornatum  
addant non contemnendum, ne taci-  
tæ quidem nocti parcunt, quin sub  
eâ flores legant Cœli venustissimos,  
non invitè communicatur

a

**GEORGIO Manderßen /  
Warna-Megalopyrgensi, & Scholæ  
Ancl. h. r. Con-Rectore.**



**ROSTOCHII,**

*Typis hæred. JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.*

Anno 1676.

1676

Antecantame

ad

SERENISSIMUM

TENTISSIMUM. PRINCIPEM. AC.

DOMINUM. DOMINUM.

FRIDERICUM.  
GVILHELMUM.

MARCHIONEM. BRANDENBUR-  
GENSEM. S. R. IMP. ARCHICAMERA-  
RIUM. BELLIQ; PRÆFECTUM. GENERA-  
LISSIMUM. ELECTOREM. MAGDEBUR-  
GI. BORUSSIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. MON-  
TIUM. STETINI. POMERANORUM. CAS-  
SUBIORUM. VANDALORUM. IN SILE-  
SIA. CROSNÆ. ET. CARNOVIÆ. DU-  
CEM. BURGGRAVIUM. NORIMBERGEN-  
SEM. PRINCIPEM. HALBERSTADII. MIN-  
DÆ. ET. CAMINI. COMITEM. MARCHIÆ.  
ET. RAVENSBERGI. DYNASTAM. RA-  
VENSTEINI. ET. DITIONUM. LAVEN-  
BURG. ET. BUTAW. PRINCIPEM. AUGU-  
STUM. AC. DOMINUM. MEUM. CLE-  
MEN-



MENTISSIMUM, (cui felicitas animæ sit, &  
corporis æterna) DIRECTUM. EJUSQVE.  
PEDIBUS. HUMILIME.  
ADVOLUTUM.

*Cum virides campo juvenes statuuntur aperto,  
Sidera quos tacitâ nocte notare juvat.  
Nomina signorum dubii mirantur avita,  
Fabula ni rudibus nota sit, unde fluant.  
Hanc ego libarem, faciles si Cynthius auras,  
Ut renuit, tenui sic mihi sufficeret.  
Cum tamen egregium, conari pulchrum, putetur,  
Impiger aggredior, res bene cœpta cadat!  
Jure sed Heroi cœlum cui dedico pictum  
Illud ut amplexu præside suscipiat?  
Huic puto, cui calum referat, referabit & urbes,  
Nostraq; non pridem cui referata fuit.  
Ille quis? ELECTOR, qui tantus in orbe refulget;  
Quanta sua multa semina laudis habet.  
Huic igitur tenuem supplex inscribo libellum,  
Quem, peto, dignetur, meq; favore suo!*



Quadragesimo octo Imagines principales nu-  
merantur ab Astronomis, videlicet

1. in plaga Septentrionali 21.

1. IMAGO URSARUM, MAJORIS  
& MINORIS.

**P**incipium statuant URSÆ, geminive  
TRIONES,  
Sidera quæ cælō, ceu duo plaustra,  
meant.

Fabula, quæ stellis nomen dedit hisce vetustū,  
Picta libris, Vatum taliter ore venit,  
Arcadiæ Regi conjux enixa puellam,  
Addidit huic Helicis nomen uterq; parens.  
O quantâ sylvas lustrare cupidine capta?  
Quam iuvat hanc rarum tendere rete feris?  
Jam meditatur apris sævis opponere lancem,  
Jam leporem, cervū jam vaga voce premit.  
Ductricem sequitur, fert quò se cunq; Dianā,  
Quæ venatorum creditur esse Dea.  
Fida comes primū lateri Ductricis adhæret,  
Separat haud saxum neu locus asper eas.

A 3

Mox

Mox vacuo pavidâ secluso mente timore,  
Sola per arbusci transit opaca pede.  
Non latices, fruticū non obstant densa vaganti  
Despiciunt Lemures nescia corda metus.  
Perq; vias varias ingressa silentia sylvæ,  
Conspicit attonita mente, venire Jovem.  
Effugium nullum cernit miseranda relictum,  
Eripitur miseræ virginittatis honor,  
Venerat illibata, sed heu vitiata recedit,  
Ductriciq; pavens hæc Jovis ausa tegit.  
Tempore cum Divâ quodam descendit ad un-  
Artub9 ut lymphas sole perusta daret, (das,  
Vestibus exutis submergit membra palude,  
Et redit ad vestes perbene lota suas.  
Conjicit in nudam pia lumina fortè Diana,  
Et videt hanc uterum pondere ferre gravē.  
Non tulit id præceps animi Dea, vertit in ursā  
Quæ nitidæ faciem virginis ante tulit.  
Pro tenera tandem dedit illa puerpera natā  
Quadrupedē, gemit hæc matris & ora refert.  
Passibus haud æquīs sylvas cum matre perer-  
Quæ genetrix eadē flumina nata bibit. (rat,  
Insidias per densa feris fruticeta struebant,  
Nunc capra, nunc illis vacca rapina cadit.  
Ætholiæ mox tendit eis gens retia cæca,  
Quæis prædatrices præda petita ruunt.

A 3

Arcadiæ



Arcadiæ gentem qui frænat jure Lycaon,  
Põst capit hæc dono præmia missa sibi.  
In sacra templa Jovi temerè vestigia torquent  
Prona pedum, nunquã quæ referenda feris.  
Fama nefas isthoc hominũ diffundit in aures,  
Ut fera dent leto corpora quisq; venit.  
Jupiter arcanã recolit tum mente, quid olim  
Acciderit, sylvas inter & æqvor ægri.  
Eripit obsessas telis vi mortis iniquæ  
Ereptas poli lætus in astra refert.  
Quæ simul ac iret Junonis fama per aures,  
Invidiam cœpit mente fovere suã.  
Ad Thetidem properos fert gressu anxia curæ,  
Quam tædis olim junxerat Oceano.  
Totã mente cupit, ne, cùm se sidera mergunt,  
Oceano sinat, has ora lavare feras.  
Diva Thetis Dominæ non adversata petenti,  
Hæc jubet astra polo conspicienda meent.

3. *IMAGO DRACONIS, sideris  
utriq; ursæ interjecti.*

Ut sibi subjiceret vi vastã mole Cyclopas,  
Armârat telis sæva Minerva manus.  
Confluit, & Divæ squalentem terga Draconẽ  
Objicit indomitã turba ferina manu.  
Qvo viso presas iræ Dea laxat habenas,  
Excipit & jactu mittit ad astra feram,

Sunt

Sunt alii, præses quævis ora rigavit Apollo,  
Hoc qui de signo sic cecinere poli:  
Hesperides nymphas, puro sub sole, tenebat  
Atlantis celsis proxima terra jugis,  
Hic nitidis arbor surgebat ad æthera ramis,  
Ramis, quævis auri pondera fructus erant.  
Hoc onus ô quanti Nymphis fuit, arboris ejo!  
Custodem sævam constituere feram.  
Accidit, ut magni Juno matrona Tonantis  
Ex hæc opraret poma legenda sibi.  
Herculis audaci cadit horrida bestia telô,  
Absq; morâ videas aurea poma legi.  
Exciderent igitur ne talia mentibus ausa,  
A Junone piâ ferrur in astra Draco.

4. *IMAGO ARCTURI, qui & Arctophylax sive Bootes dici consuevit.*

Arctophylax olim prælucida nomina gessit  
Icarii, Bacchi parvula progenies.  
Purpureas gnarus fuit ulmis jungere vites  
Vitifator, captis clarus in orbe suis.  
Huic teneras quodam lædebant tempore vites  
Hædulus, & gemino dente capella minax.  
Omnis ob hoc iræ laxas effundit habenas,  
Cæforum largô sanguine spargit humum.  
Pingvia detractâ nudabat viscera pelle,  
Pellibus ex istis conficiuntur utres.

Oppler eos dulci distentos nectare vini,  
Et subito Grajis moenia structa petit.  
Agmine pastorū mox circumfunditur hospes,  
Advena det cunctis dulcia vina petunt.  
Annuit illorum precibus, data pocula raptim  
Haurit diductō gutture læta cohors.  
Vis ignota meri sensim caput occupat, explet,  
Eripit huic sensus, hunc fera volvit humo.  
O quantum reliquū sunt percita corda furore!  
In caput authoris tela cruenta vibrant.  
Nam sibi persuadent, acri superasse venenō  
Icarium socios, ut popularer eos,  
Ast exhalatō vinō consurgere stratis  
Vinosos videas; Quæritur Icarus,  
Ut gratas illi mentes pro munere pandant,  
Quod sibi conflasset somnia blanda merō.  
Cæde sed auditâ, tremor ossa per ima cucurrit,  
Aufugiunt alacres, Arcadiamq; petunt.  
Icarii, dum vivus adhuc, vestigia nota  
Est comitata sagax, nomine Mera, canis.  
Hæc pavēfacta domum petiit trepidanter he-  
rilem,  
Ad patris ut tumulum duceret Icariam.  
Illa secuta canem, currentis pulsat anhelā.  
Corda pavor, veniens en nova busta videt!  
Nec requies! bustis à vespillone reclusis  
Invenit exuvias obstupēfacta Patris,  
Heu

Heu nimis indulget mœrori! nescit ab altâ,  
Qvæis sua confringat guttura, fila, trabe.  
Ad cœlum vocem tendit, diductaq; colla,  
Qvæ simul astabat, tacta dolore canis.  
Solaq;, defunctis cum ferret nemo suprema,  
Lugubri carmen voce ferale canit.  
Jupiter aspiciens clementi talia vultu  
Icarium, Gnatam sublevat atq; Canem.  
Ex illo caput puncto de more vocari  
Erigone soboles, Arctophylaxq; pater.

### IMAGINES

5. CEPHEI (Regis Æthiopum) 6. ANDRO-  
MEDÆ (Cephei filia) 7. CASSIOPEÆ (in sedili  
collocata) 8. PERSEI (manu sinistra ca-  
put Medusæ tenentis.)

Audiit Æthiopum Rex Cepheus, illius uxor  
ANDROMEDEN partu CASSIOPEA dedit.  
Hæc erat insignis formâ, nam candida rubris  
In facie videas lilia mixta rosis.  
Ob formam tumido turgescunt pectora fastu,  
Despicit hinc Nymphas æquivarare sibi.  
O quanti Nymphis, ideo sub pectore surgunt  
Irarum fluctus, Dedecus ossa vorat. (strat,  
Vindictam siciunt, quam semita proxima mon-  
Gnata luat matris crimina, discipiunt.

A 5

Rupf

Rupibus affigunt celsis in vincla petitam,  
 Andromedam multis fletibus irriguam.  
 Rupibus, Oceanus quas jugiter alluit undâ,  
 Ut volucris ceto præda cruenta cadat, (la,  
 Rupibus astabat lacrymans tremebunda puellâ,  
 Atq; morabatur tempus in omne necem.  
 Funderet hæc subitò patulum cùm fama per  
 orbem,  
 Venit & ad Persæi nuncia mœsta domum.  
 Conscia cui rapidè venit in præcordia virtus,  
 Horrida quâ pridem strata Medusa fuit,  
 Cui caput abstulerat nigrescens anguib9 ense,  
 In lapides quo tot verterat illa viros.  
 Andromedæ sortis meditatio suscitât iram,  
 Belligeras audens instruit ense manus.  
 Insperatus adest, excludit morte puellam,  
 Connubii junctam lege maritus amat.

9. *IMAGO HERCULIS* (*Engonasis,*  
*genibus partim incumbentis, partim inni-*  
*tentis* & *ob quod Ingeniculator dicitur*) *su-*  
*pra Draconem collocati.*

Engonasis quantum mactarit fuste Draconem,  
 Claret, eum radians Ammon in astra tulit.  
 Cernim9 hunc inter stellas astare coruscum,  
 Et quasi crudelem sternere velle feram.

Ut

Ut tamen evadat res, omni nube remotâ,  
Lucidior, juvat hanc altius eruere.  
Nupta suo dederat doti Saturnia Juno  
Pomos, quæ ferrent aurea poma Jovi.  
Quas asservabat vigilans capitum Draco centū,  
Fecit &, ut nulli poma rapina forent.  
Herculeis tandem manibus sunt rapta, necat ô  
Hôc custode, feræ victor in axe nitet.

*De viâ lacteâ.*

Dicitur hic infans, cum non retinere valeret  
Ore suo lactis munera larga nimis,  
(Admotus quoniam Junonis ad ubera, mortê  
Urgentem cunctos quo potis effugere.)  
Prodigus in cœlum lac effudisse retractum,  
Atq; novam superis lacte parasse viam.  
Quam calcasse ferunt Divos, cum tela levarent  
In diros fratres, qui fera bella dabant.

10. *IMAGO CORONÆ ARIAD-  
NES, quæ est Septentrionalis.*

Lenæo sese jungens Ariadna marito  
Traxit ad hæc precibus sacra benigna Deas.  
His, inter se cum sererent permulta sedentes,  
Succurrit, nuptam dote beare novâ.  
Stellantem plectunt gemmis & flore coronâ,  
Hacq; recens nuptæ verricis alta premunt.  
Evectam

Evectam porrò tenues sublime per auras  
Cærulei stellis inseruere sinus.

11. *IMAGO LYRÆ seu FIDICULÆ*  
*sc. Orphei.*

Quaratione citi quondā pars quæris Olympi  
Facta sit argutæ lucida stella lyræ?  
Fila lyræ tristes de pectore demere curas,  
Is Deus edocuit, cui movet ala pedes.  
Primus enim lignum potuit fabricare sonorū,  
Addit ei doctā fila canora manu.  
Orphea mox vidit citharæ novitate teneri,  
Huic igitur dono fila sonora dedit.  
Hic poterat fidibus mulcere cacumina sylvæ,  
Ut submissa modis suaviter annuerent.  
Hic citharas tangendo feras hominesq; trahe-  
Adq; sonū saltus torpida saxa dabant. (bat,  
Tempore quin etiam quodam descendit ad  
Et memorat filis omnia facta Deūm. (orcū,  
Negligit ast cantans Bacchi malè provido ausa,  
Hujus & infelix aspera corda mover.  
Nam struit ex illo cantori tempore fraudes,  
Advocat ac isti si qua nocere valent.  
Argolicam terram Thraciæ disterninat oris  
Mons varios flores, dictus Olympus, alens.  
Gramine suffultus sedem capit Orpheus illic,  
Verberat atq; modis aëra suavè suis.

Car-

Carmine cantatô, videas requiescere plectra,  
Cantoremq; datis se recreare piris

Accedebat eum simulatâ mente sedentem.

Bacchus, amata malâ dans pira fraude viro.  
Fraudis hic est omnis securus & admovet ori,

Quæ sibi contulerat pernitiola manus.

Lingva piri dulcis nondum satiata sapore,

Et cadit in faciem, lumine casus, humi.

Nam medius crepitans animâ cum viscere fu-

Nympharû totô colla crymante chorô. (dit,

Volvitur in terram chelys, hanc laudata cater-

Corripit, inq; polo flammigerâte locat. (va

## 12 IMAGO CYGNI seu Oloris.

*Qui & avis vel Gallina dicitur,  
totus ferè in via lacteâ consistens.*

Cùm Deus altitonans Nemesis caperetur  
amore,

Conspiceret nec ad hanc claustra patere sibi,  
Consilio Veneris, cygni candentis amictum.

Induit, & pennâ præpete membra librat.

Ipla sibi monitrix aquilæ Venus applicat alas,

Et rostrô volitans hunc minitante premit.

Pervolitat mundi simulatô vasta timore

Cygnus, eum volucris, quam fugit, atra petit

Fortè videt Nemesein nudo sub vertice cæli

Effultam viridi gramine cygnus amans.

Hanc



Hanc avis, exanimata velut trepidantibus alis  
Corripit, atque Deæ se vovet alba sinu.  
Gessit avem niveam gremio Dea culta foveri,  
Illius & plumas mulcet amica manu.  
Dumque manus lassans nictantia lumina claudit,  
Obruitur somno, fitque cubile solum.  
Jupiter exultans animis sua vota potitur,  
Remigiis & alæ nixus, ad astra fugit.  
Excutitur somno Dea, nec sibi conscia facti,  
Quod gravis ast utero luce professa nova.  
Post, sua cum novies compleisset cornua luna,  
Nixa nitens ovum reddidit instar avis;  
Quod Deus, alatis pedibus qui permeat auras,  
Abripit, & Ledaë mittit ad usque sinum.  
Hoc Helenam memorant exclusam fronte deco-  
Dilexit genitricem quam Dea Ledæ loco. (ram,  
13. *IMAGO ERICHTONII seu Hemiuchi.*  
Cum Deus ignipotens Vulcanus amore Miner-  
Flagraret, pectus saucius igne gravi. (væ  
A Jove Rege Deum contendit, pace Deorum,  
Hanc niveam formam posset amare Deam.  
Numina magna Jovis non adversata petenti,  
Annuit optatis Rexque Paterque Deum.  
Flamma tamen non est urens innexa Minervæ,  
Squalentem fumo spernit amare fabrum.  
Proh sua disperdit genitalia munera bardus,  
Quæ Dea texit humo, sparsa rubore genas.  
Huma-

Humanam sensim ceperunt sumere formam,  
Contumulârat homô quæ pudibunda Dea.  
Ortus Erichthonius fuit hoc ex semine vivô  
Humana facie vir, sua genva Draco.  
Qui sua quo tegeret distortaq; crura pedesq;  
Ivit, & edocuit celsius ire rotis.  
Hujus & ingenium mirati Diûq; Deaq;  
Aurigam stellis inseruere novum.  
Stator ei, fuerat quod raptus ab ubere capræ,  
Corpora nutricis, prolis & imposuit.  
Labitur hinc agili cæli per cærule curru,  
Capra sedet scapulis, hædulus inq; sinu.

14. *IMAGO OPHIUCHI sive Æscu-*  
*lapii angvitenentis, &*

15. *SERPENTIS medium Ophiuchum*  
*præcingentis.* (annis,

Glaucus adhuc teneris cum Rex pubesceret  
Noluit admitti matris equabus equos.  
Hos illis, illas nunc his determinat, atq;  
Corruit ærati cælus ab ungue pedis.  
Nec mora, servorû thalamo grex lumine cas-  
Obnixus, Regis matre jubente, refert. (sum  
Curritur huc illuc, nec sat rationis eundi,  
Accitur, medicâ si quis ab arte valet.  
Prodit præcellens Asclapius arte medendi,  
Ac animam possit num revocare videt.

Dumq;

Dumq; suam rapidè mentem per cuncta volu-  
Solutus & oclusâ neçtit in arce moras, (tat,  
Per rimâ nigra colla tumens illabitur angvis,  
Vibranti lingvâ lambit & ora suâ.  
Sustulit hic Medicus baculû, qvem forte tene-  
Vermis & extendit lubrica terga veges. (bat,  
Alter at insinuat se mox coluber per eosdem  
Anfractus, herbam portat & ore suo.  
Qvam capiti tuis simul ac imponeret angvis,  
Ad sua confestim spiritus antra redit.  
Vim viridis Medicus sentit, miratur & herbæ,  
Credidit &, extinctos posse juvare viros.  
Hanc igitur partem primam vult esse medelæ,  
Spiritus extincti quâ revocandus erat.  
Ut medici verò juvenes, cùm pharmaca mi-  
scent,  
Serpentis memores sint, sedet ille polo.

16. *IMAGO SAGITTÆ seu telî  
Herculei.*

Herculeis manibus fuerit quæ sparsa sagitta,  
Cùm volucrem peteret, pars ea facta poli.  
Hanc manibus mitti Japetô satô, inquit, amicis,  
Cùm magis haud lædi sensit ab ungue jecur.  
Is malè de sacris holocaustis cum Jove pactus,  
Horum dimidium quò retineret homo.  
Annuit Altitonans, duo cui de jure juveni  
Hostia, damnosa non sine fraude, cadunt.  
Obtulit

Obtulit hos idem, dederat qui pacta, Prome-  
theus,

Inventor vafer, ast in sua damna vafer.

Nam sua dona quidē libramine separat æqvō,

Hæc tamen ossa levis pars, erat illa caro.

Occulit has coriō raptō de corpore tauri,

Sorte sibi cedunt exta, sed ossa Jovi.

Liquit & exemplum reliquis imitabile neqvā,

Deterior Diis pars inde dicatur adhuc.

Non tulit hunc Superis exosum Jupiter astū,

Fecit & has terras igne carere suō.

Quam Deus abstulerat vindex mortalibus

Restituit Japeti filius arte novā. (ignem,

Nam teneram furtim ferulam Jovis admover

Et retrahit flammā, quæ sibi rapta fuit. (igni,

Sic genus humanum furtivā fraude recepit,

Quam Jovis haud pridem demserat ira facē.

Cui nova mox tumidas perrentant gaudia

mentes,

Cerrat curriculis, armat & igne manus.

Dumq; manu rutilas saltans quatit undiq;

flammas,

Ore dolos ridet plebs, pede pulsat humum.

Ira Jovi surgens nostras amandat in oras

Pandoram, varii quæ Dea plena mali.

Ipsius ast Japetō nati nudata catenis

Brachia Caucaseo sunt religata jugo.

B

Cui

Cui staret fixus, donec mortalibus annos  
Ter decies Phœbi mille tulisset iter.  
Rex avium, rostro jecur ut terebraret acuto,  
Mittitur. Hunc vulpes præda diurna pavet.  
Pars, quæ luce nova depasta, renascitur umbris  
Sæpius ut coëant, vulnera, sæpe patent.  
Liberat hocce malo miserum manus Herculis  
audax,

Aurea poma sibi dum petit Hesperidum.  
Nam referens gressū transfixit arundine cor-  
Qui detecta viri viscera distraheret. (vum;  
O quoties misero fuit hæc laudata sagitta, ?  
Nec periit, cælo conspicienda sedet.

17. *IMAGO AQUILÆ.*

*Quæ Ganymedem rapuisse dicitur. Asteri-  
smus autem hic novem stellis inclusus, totus  
in Galaxia continetur.*

Pars quoque facta poli volucrū Regina timorq;  
Attulit Anxuro cū patre Troe satum.  
Quem puerum facie pulchrū vultuq; mode-  
Æthereum fingunt deperiisse Jovem. (stum  
Attamen in cælo cū stator, in orbe puellus,  
Alterius potuit neuter amore frui.  
Jupiter idcirco superâ de sede ruenti  
In terras aquilæ mandat, amata petat.  
Nec mora præceptis, facit hæc, quæ iussa volu-  
Nec patitur Domini bis sibi dicta dari. (cris,  
Sed

Sed viridi rapuit Ganymedem præpes ab Idâ,  
Cùm strueret timidis reria rara feris.  
Et stetit ad mensam raptū Jovis, inde minister  
Regius, ad quævis jussa paratus erat.  
Hoc pro servitio sedem dedit æthera lato,  
Dictus & est, versò nomine, fusor aquæ.

18. *IMAGO DELPHINI Arionis.*

Ecquâ sorte rogas Delphin sit in astra relatus?

Munere pro, vati quod dedit, illud habet.

Nam mare cùm vates prorâ sulcaret Arion,

A truce servorum cingitur ecce manu.

Mens erat his, subitæ Dominū demittere mor-

Cedat ut æs, Domini quod fuit antè, sibi. (ti,

Territus his temeris ausis citharædus Arion,

Ut citharæ liceat tangere fila, petit.

Fit voti compos, doctis impunè pererrat,

Celsior in puppi stans, sua fila tonis.

Ad sonitū citharæ, latum quâ personat æquor,

Agmine Delphinos tendere sponte putes.

Quilibet aure sonum captat, videt illud Ariō,

Desiliensq; feræ tergora panda premit.

Quò velut est in vectus equò, dum littora tan-

Optatò tetigit, jam vehit axis equum. (dem

19. *IMAGO PEGASI seu equi alati.*

Bellerophontis equus sedem sibi legit in arce

Cali, Bellerophon cùm Jove tactus eques.

Cui datus ille fuit fumante cruore Medusæ  
Natus, ut ignivomam sterneret ense feram.  
Quæ Lyciam coleret, mediâ plus parte capella  
Parte priore leo, sed seqviore Draco.  
Exequitur jussum feliciter, atq; Chymæram  
Fundit, at implet ob id pectoris antra tumor.  
Quid quod & alarum nixu petat ardua coeli,  
Pennigerumq; levans corpus inane fecet.  
Non tulit Altitonans, rabie perfunditur ejus  
Alatus sonipes, sævit, & ore fremit.  
Nec satis excuriunt equitem fera terga caden-  
Pegasus alta petit, sidus ut inde micet. (tem.

20. *IMAGO EQUULEI seu Protomos Caballi.*

Filia Centauri, premeret cum montibus urfos,  
Ignoto cecidit pressa rapina Deo.  
Admissiq; memor, vultus spectare parentis  
Cum fugeret, sit ob hoc à Jove præpes equus.  
Qui fugit, ac refugit Divos, hominesq; ferasq;  
Virginitas metuens, ne sibi demta, ruat.  
Dii, trepidò tacti fugientis amica pavore,  
Immiscet astris, quem vetus arcet humus.  
Hæc inter pudibundus agit, mœrensq; pudor  
Virgineum, demta, se tegit, ore suo. (rem.

21. *DELTON seu Triangulum.*

Astronomi Prisci fuderunt pectore questus  
Discerni satis haud sidera posse sibi.

Quæ-

Questibus his finem posuit Cyllenia proles,  
Deltoton faciens, ut cynosura foret.

II. IMAGINES seu Asterismi ZODI-  
ACI XII. I. IMAGO ARIETIS,  
qvi Phryxum & Helien transtulisse per Helle-  
sponsum dicitur.

Regia Phryxus erat soboles, Athamante crea-  
Cui soror Helle fuit, Neprula mater erat. (19,  
Gaudia, quæ genitrix capiebat ab Arjete, rubrô  
Ex aurô pellem cui radiasse, pater.

Hunc dederat natis certi monumenta favoris  
Mater, & occubuit, funere mersa neci.

Quæ facili matri successit iniqua noverca,  
Ino fuit, verbis aspera, fronte gravis.

Quam versare dolos cum sensit Phryxus &  
Fecerunt, aries esset ut instar equi. (Helle,  
Illius ac auro radiantia terga prementes,

Fluctibus haud dubitant æqvor inire minax.  
Hellespontus erat niger exsuperandus utriq;  
Elabi benè si vellet uterq; fugâ.

Littora pulsantur raucè stridentibus undis,  
Luctisonum fremitum virgo tenella pavet.  
Hei pavet & timidos oculos post terga retor-  
quet,

Dum pavet, ac trepidat, defluit hausta mari.  
Traxit ab hac nomen pontus, quem cautius  
Fluctu tum luctu squalidus alter arat. (inde



Colchorum tandem placidis allabitur oris,  
Rex Æthes madidum suscipit hospitio.  
Nudatus villis aries cadit hostia Marti,  
Ast anathema datur pellis, in æde, Jovi.  
Quam vaser instructus Medææ fraude reflexam  
Subtraxit Jason, non pius hospes, amor.  
Nam specie pulchro cùm se junxisset amore,  
Vellera quî raperet, pandit amica viam.  
Ille quidem, voti compos, rubra vellera raptat,  
Respuit hanc, vellus cujus haberet ope.  
Ne tamē hoc facinorū veniens extingveret ævū,  
A Jove villosus dux fit in arce suâ.

## 2. IMAGO TAURI.

Rex cui parebat Phœnicia, dictus Agenor,  
Europâ factus virgine prole pater.  
Cujus amore fuit correptus Jupiter Ammon,  
Nescius, ast fieret quî sibi Sorte fatis,  
Nunc hos, nunc alios aditus tentabat amator,  
Virgo sed accessus intemerata fugit.  
Repperit incautam tandem lætatus in agris,  
Tondet ubi Regis gramina dente pecus,  
Induitur faciem tauri, reliquisq; juvencis  
Se levis immiscet, mugit & ore bovis.  
Frons est absq; minis, corpus candore nivali  
Splendet, & arcta magis lumina vultu habet.  
Diligite infelix mentitum virgo juvencum,  
Gaudet & ipsius plaudere colla manu.

Nec

Nec mora mulcenti Domine bos, paret amic9,  
Quæ jubet exequitur, corrui, erigitur.  
Non dubitans virgo conscendere terga repan-  
Se niveo patitur quadrupedante vehi. (da,  
Sarcina non eqvidē minimū gravat ista ferētē,  
Tranat aqvam fugiens bos, velut aura levis.  
Respicit, auxiliūq; vocat tremebunda puella,  
Nil iuvat, in Cretam longius abripitur.  
Hic ternō partu Minos Rhadamantus & horū  
Fratres Sarpedon secla tulere sua.  
Ne tamen hoc premerent venientia tempora  
A Jove sideribus mixta figura bovis. (factū,

*IMAGO PLEIADUM & Hyadum.*

Ter qvinas natas Atlas suscepit ab Æthrâ,  
Unicus his frater nomine dictus Hyas.  
Qvem miseræ fractum metuendo voce leone  
Perpetuis lacrymis condecorâre suis.  
Viribus effusis flendo dum qvinq; sororum  
(Qvas Hyades dices) occubuerē neci.  
Ex reliqvis septem tantum luxere sorores,  
Ensis induerint corpus ut, ante diem  
Pleiadibus nomen qveis fecit Jupiter, atq;  
Defunctis cæli pandit in arcelocum.

*3. IMAGO GEMINORUM.*

Unanimes bini volvuntur ab æthere fratres,  
Dicitur hic Pollux, Castor at ille pius.

Jupiter ex Lædâ, cùm cygnea redderet ova,  
Hos genuit, genitor nam quoq; cygnus erat.  
Inter eos turpis nunquam discordia venit,  
Unanimes pellunt agmina sæva maris.  
Unanimes, videas, comites & Jasonis ambos,  
Cùm peterent Colchis vellera fraude novâ.  
Alter erat fratrum mortalis, (Castora signo)  
Alterius sed enim vita perennis erat.  
Suscipit hinc Pollux partē de morte gemelli,  
Alternâq; frui Castora luce, facit.  
Cùm Priami proles Helenam rapuisset amatâ,  
Germanam geminûm, Troica bella petunt,  
A Jove, sed longi dum sulcant æqvora ponti,  
In superas sedes abripiuntur humò.

#### 4. *IMAGO CANCRI.*

Cùm ferus Alcydes hydrâ treme fecit in undâ  
Lernæâ, suras undiq; cinctus aqvâ.  
Illius afflixit chelis, sine fronte, bisulcis  
Tegmine nudatum cancer in anne pedem.  
Non tulit hæc heros, hostem pede pressit ini-  
Ultor & immiti morte peremit eum. (qvû,  
Est tamen illius cancri pia Juno miserta,  
Fecit & astrigerâ sidus in arce foret.

#### 5. *IMAGO LEONIS.*

Incoluit Nemeam pastor, de more, Molorcho,  
Quod Lees vastaret, nocte dieq; nemus.  
Herculis

Herculis adventu rabies compressa Leonis,  
Factaq; pastoris libera corda metu.  
Illius hospes enim cum territa tecta subisset,  
Prælia sæva feræ quadrupedantis adit.  
Hoste suo visò, curvos leo suscitatur unguis  
Æstuat ac irâ, clavigerumq; petit.  
Nec minus Alcides clavam vi corripit acer,  
Et capitis tortam librat in ossa feræ.  
Sternitur illa fremens, collapsæ regia pellis  
Diripitur, tegitur quâ benè victor ovans.  
Non tamen in cinerem Dii passi corpus abire,  
Sed cinctum radiis apposuisse polo.

### COMÆ BERENICES.

Cum Berenice fuit Philadelphi Regia conjux,  
Intrarunt cælum quâ ratione comæ?  
Complacitis Regi rædis Regina jugata,  
Rex Asiam bellò cum sibi subjiceret.  
Sollicitâ pia mente comã, quæ pulchrior aurò,  
Pro salvò reditu conjugis, ista fovet.  
Annuitur votis, Veneri coma rasa sacratur,  
Ejus & in templo conspicienda micat.  
Postera cum revoluta dies, coma rapta videtur  
Corripit inde gravis percita corda furor.  
Quem cohibere studet Conon, <sup>et</sup> vaga sidera  
monstrans,  
Queis ait, immixtam cælitus esse Comam.

B 5

6. IMA

6. *IMAGO VIRGINIS* 7. *LIBRÆ*

Icarus Erigonem fertur genuisse puellam,  
Credetur hæc nobis virgo recepta polo.  
Sunt, quibus est illud venerandæ virginis astrum,  
Justitiæ species, quæ pia liquit humum.  
Nam fuit haud illa quisquam servantior æqui,  
Cum regeret mundum filia Leucothoes.  
Cuique suum tribui modico contenta volebat,  
Servitioque bouum debita rura coli.  
Omnia sed rumpi cum morum vincula videret,  
Desertis terris, cælica regna petit.  
Virginis est abitum iusti mox libra secuta,  
Justitiæ jam nil impius orbis habet.

8. *IMAGO SCORPII*

Scorpius armatus tergum livente veneno  
Ætherem lumen sidus ab arce spuit.  
Arce quod hæc sedeat, lingua caufatus Orion,  
Quæ sua jactavit robora, tela, canem.  
Vanus enim tumidas jactavit ab ore loquelas,  
Terra quod educat, se dare posse neci. (tur,  
Non Dea terrarum tulit hæc, quæ Vesta voca-  
Jussit, ut hoc animal noxia ferret humus.  
Inscius hostis erat taciti venator Orion,  
Cuspide mox unca corruit ictus humi.  
Mascula bestiolæ miratus Jupiter ausa,  
Ut caveat tumidis, æthere fixit eam.

9. *IMA-*

9. *IMAGO SAGITTARII.*

Dicitur Euphemis, qui Musis præfuit altor,  
Non leviter clarus prole fuisse mare.  
Semper hic Aoniis docilem se junxit amicis,  
Quodlibet effatum gnavus ut aure bibat.  
Ausus & acer equi sternax conscendere tergū,  
Mitteret ex nervo quò fera tela feris.  
Finiit hos pulchros cum tandē Parca labores,  
A Jove Castalides, tollat in astra, petunt.  
Tollit eum, dotes verò quo mentis adumbret,  
Fronte Vir ut, sed equus ponè sit, arte facit.

10. *IMAGO CAPRICORNI.*

Vertere cum voluit cælum fera turba gigantū,  
Hosq; sub ignotâ Dii retudere togâ,  
Pan Deus armenti latuisse sub æquoris hircō  
Fertur, at in piscem desit ipse glabrum.  
Subdola Semicapri miratur Jupiter ora  
Semicaprum stellis addit in arce suâ.

11. *AQUARIUS.*

Fusor aquæ Juvenis quamvis habeatur in aulâ  
Æthericâ, miscet qui bona vina Jovi,  
Deucalion tamen est aliis, qui, stagna profunda  
Cætera cum tegerent, in rate salvus erat.  
Ardua Parnassi superansq; cacumina montis,  
Cum consorte tori, fundit ad astra preces.  
Mox utriq; petunt Themidos delubra, rogant  
Arte queant hominū quâ reparare gerō (reus  
Matriæ)

Matris ut ossa suæ, Dea vult, post terga repo-  
Vocis at ignaros abdita sensa latent. (nant,  
Cumq; putent, genitrix quod terra sit, ossa la-  
Post humeros lapides iussu uterq; jacit. (pilli,  
Fœmineos lapis est nactus, quem fœmina jecit,  
Ast quem Vir, vultus induit ille Viri.  
Illius immemores fierent ne deinde minores,  
Deucalion positus sidus in arce Jovis.

12. PISCES.

Flumen ad Euphratem metiti littoris oras  
Gressibus & Venus & Telifer ejus Amor.  
Obviat his informe Typhoeus corpore mon-  
Nobile par animis obstupet, attonitū. (strū,  
Factus & absq; morâ squamosus piscis uterq;,  
Verrebant caudis quod prope flumen erat.  
Fama volans passim canit hæc miracula rerū,  
Piscibus hinc vigiles abstinuere Syri.  
Scilicet incauti comedant ne forte Deastros,  
Cepit at illorum, Regia, signa, poli.

III. IMAGINES COELI MERI-  
DIONALES.

1. IMAGO CETI seu *Pistricis*.

Cetus in ætheris campis est bellua, Perseus  
Andromedes vindex quem dedit ense neci.

2. IMAGO ERIDANI *fluvii*.

Cùm Phaeton regeret currus malè frena paterni,  
Misit in aurigam fulmina dextra Jovis.

Æthere dejectum, rapideq; per aëra lapsum

Excipit Eridanus, fulget imago polo. 3. IMA-

### 3. IMAGO LEPORIS.

Insula Lero vagum leporem non viderat unquam,  
Monstraret juvenis cum peregrinus eum.  
Quilibet est leporum mox incola captus amore,  
Ex alia coemunt hanc regione feram.  
Quilibet exosum motus post devovet iram,  
Dente fatis stragem cum daret ille suo:  
Terra sed heu leporum numerosa prole scatebat,  
Obvius omnis ob id sternitur esse lepus.  
Ne tamen hoc genus occideret cum nomine profusus  
Æthereis Leporem Dii posuere locis.

### 4. IMAGO ORIONIS.

Triga Deum, Rex Dictæus, Neptunus & Hermes  
Calcabant æquis passibus æquor humi.  
Pauper & æris inops Erithreus Vir bene natus.  
Hosce suæ vidit tecta subisse domus,  
Quos igitur lætò vultu mensiq; paratis  
Excipit, hisq; pio mactat honore bovem.  
Hospitis ut superi memores bene facta rependant,  
Præcipiunt, à se quæ sibi grata petat.  
Hic querulo, pandit Diis, quid desideret, ore  
Quod capiet cassum conjugè prolis amor.  
Anxius Altitonans, precibus, direptaq; tauro,  
Præcipit, ut præpes mollia terga petat.  
Nec mora præceptis, petit uvida terga cruore,  
Lotia quisq; Deum spargit in illa sua.  
Jussus humo defossa tegit, dum menstrua justum,  
Quod gravis observat, luna peregit iter.  
Tempore quo lapsò, terras Erithreus opertas  
Pandit, & infantem pelle latere, videt.

Orion



Oriona vocat natum, quem mitis adultum  
Virgo Diana feras exagitare docet.  
Arte sua tumidus, magnis se viribus effert:  
Sternere se jactat posse, quod edat humus.  
Audit humi Dea, Vesta, Viri commota loquelas,  
Et jubet, erepat scorpius ater humo.  
Nec mora gignit humus vermem, qui scorpius audit,  
Et stimulo pungens obvia quæq; necat.  
Interit Orion cæco mox vulnere læsus,  
Quem tamen in stellis fida Diana locat.

*s. IMAGO CANUM, quorum alter dicitur α Læ-  
laps seu SIRIUS vel canis major. β Alter  
PROCYON vel canis minor seu canicula.*

Orionis uti gressus comitatus heriles  
Est Procyon, cælum sic & uterq; tenet.  
Sirius haud procul inde canis per cæcula fertur,  
Exit & ignivomo gutture flamma minax.  
Flamma suo rapido fruges fervore perurens,  
Aridus ut spicâ destituatur ager.  
Quam vomit ulturus Domini crudelia fata  
Ut meritas pœnas rustica turba luat.  
Sic Deus in multis unius inulta nocentis  
Crimina vel gravius plectere sæpe solet!

*6. IMAGO Navis, quæ ARGO dicta in remo stellam  
Canopum gestat.*

Igens Argo ratis, freta quâ sulcabat Jason,  
Ex auro Colchis vellera rara petens.  
Gestat & in remo nautam, post fata, Canopum,  
Vectoremq; vehens vellera consequitur.  
Vellera, quæ Veneris templo suffixa nitbant,  
Consequitur, procerum se comitante grege. Ut

Ut memores hujus sed & essent deinde minores  
In nitido cœlo Dii posuere ratem.

*IMAGO HYDRÆ, CORVI, CRATERIS.*

Cùm faceret vitulâ Phœbus, per inania corvum  
Ire jubet, puram quo sibi quærat aquam.

Vidit hic aufugiens, pendere sub arbore grossos,  
Advolat, exoptans his saturare famem.

Cumq; videt nondum maturos, assidet illis,  
Pingat eos donec justa colore dies.

Tum citò ficorum bona pars assumitur illi,  
Pocula mox revolans ore prehensa gerit.

Interea Phœbus, quem tædia longa morandi  
Exagitant, lympham devius ipse petit.

Irrogat aut pœnam redeunti serius: anni  
Perpetuò corvus parte sitiret eâ.

Causa sitis corvo terebratum tempore guttur  
Hòc, fluat ex guttà quâlibet undè dolor.

Insuper & colubrum corvo sociavit Apollo,  
Qui facit, è cyatho ne propè stante bibat.

*IMAGO CENTAURI qui Saturni & Phyllivæ fi-  
lius habitus Phyllivides dicitur.*

Flectere primus equi loris undantibus ora  
Bellerophon docuit nobilis arte novâ.

Addere sed facilis cum possis plura repertis,  
Horrida Centaurus prælia gessit eques.

Insicia pendentem generoso turba caballo  
Pone putavit equum, fronte sed esse virum,

Cumq; Gigas esset numerosa prole beatus,  
Illius & proles nomine Chiron erat.

*IMAGO LUPI.*

Chiron hic, Alcidem lætus qui bellipotentem  
Excepit tectis, qui malè gratus ob id.

Nam dextra quæquam largi Chironis amicâ  
Alcidi cecidit victima fronte lupus,  
Alcides contra passus sua tela, phætreis  
Quæ caderent, nudum pungere dente pedem.  
Vulnere quo perit Chiron, Jovis fixus Olympo,  
Suntq; secuta virum victima, tela, lupus.

10 *IMAGO ARÆ seu Tharabulæ.*

Constitit Aræ pædis, tæm cæcæ tors turba Deorum  
Titæas coactæ iocunde junctæ fuit.

Et terræ ætos, nixos excindere cælam,  
Fulmine turbarent, dejicerent; gradu.  
Sæva quod hos in prælia verit nãm prælia cæta,  
Genus hominum tacet, dacta Minerva docet.  
Gentibus hænc pugnam testantur quælibet aræ,  
In quibus, ut placent Numida thura cæmant.

11 *IMAGO CORONÆ AUSTRALIS seu meridionalis.*

Nomine quo potius gaudes austrina corona?  
Esne corona Senis, vel rota Teliferi?

Si rota vis dici, rota sis Ixionis alta,  
Quæ rapide tortus, garrulus ore, fuit.

Si mavis dici stellans radiansq; Corona,  
Esto Phyllirei pulchra corona senis;

Quam lateri junxit certamine victor in omni,  
Ex luctâ quavis certus honore frui.

12 *IMAGO PISCIS AUSTRINI, qui & Notius dicitur.*

Australis liquida positus cur piscis in aula?

Quas sput ut lymphas Urniger ore bibat.

*Epilogus.*

Sic ea, pictori quæ, cum sit vatibus æquæ  
Copia, depinxi cælica templa DEI.


Prosit & oblectet, qui finis carminis esto,

Larmen, ei faveat, qui favet huicce, Deus!





Ut memores hujus sed & est  
 In nitido caelo Dii posuerunt  
 7 **IMAGO HYDRÆ, CO**  
 Cùm faceret vitulâ Phœbus,  
 Ire jubet, puram quo sibi  
 Vidit hic aufugiens, pendere  
 Advolat, exoptans his sat  
 Cumq; videt nondum matu  
 Pingat eos donec justa c  
 Tum citò ficorum bona par  
 Pocula mox revolans ore  
 Interea Phœbus, quem tædi  
 Exagitant, lympham de  
 Irrogat ast pœnam redeunt  
 Perpetuò corvus parte si  
 Causa sitis corvo terebrat  
 Hòc, fluat ex guttà quâli  
 Insuper & colubrum corvo  
 Qui facit, è cyatho ne  
 8 **IMAGO CENTAURI** qui  
*lius habitus Phyllis*  
 Fletere primus equi loris u  
 Bellerophon docuit nobi  
 Addere sed facilis cum po  
 Horrida Centaurus præ  
 Inscia pendentem generoso  
 Pone putavit equum, fro  
 Cumq; Gigas esset numero  
 Illius & proles nomine  
 9 **IMAGO**  
 Chiron hic, Alcidem lætu  
 Excepit tectis, qui malè



the scale towards document